



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

19 De festo Penrecostes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

τάς καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Γ' ἀνακαρίᾳ, ἐν ἧ Ὁ Χρυσὸς ἐβαπτίσθη, ἐοδίουσιν οἰκητικῶν κρέατα, καὶ τὰ λοιπὰ αἰεήματα, ὡς προείπομεν, ἐν ταῖς δυσὶν ἡμέραις ταύταις, τῷ Ἑρμῷ καὶ τῷ Ἁφροδίτῃ· οἱ ἡ μοναχοὶ τὰ προλεχθέντα αἰεήματα μόνον.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ.

## Περὶ τῶν ἀρζιβούρτζ.

**Ε**ἴτι ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ ἐβδομάδι περὶ τῶν πάχα καταλύσει τὴν ἡμέραν τῷ Ἑρμῷ καὶ τῷ Ἁφροδίτῃ. ἡ δὲ αἰτία αὐτῆ ἐστὶ πάλαμ ἐγένοντο πνὲς αἰρετικοὶ, οἵτινες εἶχον ἴνα σκεκτὸν κύνα, καὶ ἐδεσμένον ὑπὸ τῷ αὐχένῳ ἐκείνῃ Ἰπιστολαῖς, καὶ ἐπεμπον πρὸς τὰς Φίλῃς ἐκείνων, δυσὶν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν· καὶ πάλιν ὡσαύτως οἱ φίλοι ἐκείνων ἐτέρας Ἰπιστολαῖς ἐδέσμευον, καὶ ὁ κύων παλινδρομήσει. Πολλὰ κίς δὲ γενομένης ταύτης τῆς παλινδρομίας, ὑπερον ἀπώλετο, καὶ ἔδαμῶς ἐσράφη. Τότε οἱ κύριοι τῶν κυνῶν ἐνήσθον ἐν ταῖς δυσὶν ἡμέραις ταύταις, κατηγορίας ἐνεκα τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν. τότε ζήλω θεῷ οἱ εὐσεβεῖς χριστιανοὶ ἐκριναν καταλύειν ταύτας πρὸς δύο ἡμέρας τῆς ἐνδεκάτης ἐβδομάδος, καὶ μὴ συνησθῆεν τοῖς αἰρετικοῖς. Ταύτην δὲ ἐβδομάδα καλοῦσιν Ἀρζιβούρτζ.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ.

## Περὶ τῶν ἀνακαινησίμων ἡμερῶν.

**Ε**ἴτι ὅλην τὴν πρώτην ἐβδομάδα ἔσ πάχα, τετῆτιν, ἀπὸ τῆς ἀνακαινίσμῃς ἡμέρας ἕως τῆς ἐπομένης κυριακῆς, ἣν δὲ ἐβδομάδα ἀνακαινησίμων ἐκάλεον οἱ πατέρες, πάσας τὰς ἡμέρας ἐοδίσει κρέας καὶ τὰ λοιπὰ αἰεήματα.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ.

## Περὶ πεντηκοστῆς.

**Ω**σαύτως καὶ ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἐοδίσει κρέατα, τῇ δὲ ἐπαύριον, τετῆτιν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης, νεσεύσιν ἀπὸ κρέατος καὶ αἰεήματων,



nuarii, qua Christus baptizatus, carnes allaque aleimmata *seculares* comedunt, quemadmodum id binis illis diebus Mercurii & Veneris fieri, à nobis dictum est: monachi verò dicta tantum aleimmata.

## CAPUT XVII.

DE

## Arzeiburzt.

**N**on jejunant adhæc aliis binis diebus, Mercurii puta & Veneris, septimanâ undecima ante festum Paschatos. Hujus rei hæc est ratio. Existere quondam hæretici nonnulli, qui singularem quandam habuerunt canem, quem, alligatis collo literis, duorum aut trium etiam dierum iter ad amicos suos ablegarunt, qui vicissim responsorias eodem modo cani huic alligatas per eundem Mercurium amicis his remiserunt. Cum verò sæpiusculè jam hæc feliciter successisset missitatio, periit tandem canis, & non reversus est amplius. Ab eo tempore, qui canis hujus fuerant domini, binis his diebus jejunium frequentare cæperunt, orthodoxos Christianos hac ratione accusantes. Quo factò & intellecto, pii Christiani pio zelo duos undecimæ septimanæ dies jejunio eximendos judicarunt, ne uno eodemque tempore cum hæreticis jejunarent. Nomen verò, quo hanc septimanam insigniunt, est Α' ρζεβδζτ.

## CAPUT XVIII.

DE

## Diebus anacænesimis.

**P**orrò per integram septimanam Paschatos, hoc est, à die resurrectionis usque ad dominicam sequentem, quam patres septimanam anacænesimam appellarunt, singulis diebus carnes cæteraque aleimmata in victum adhibent.

## CAPUT XIX.

DE

## Festo pentecostes.

**I**nsuper & in festo Pentecostes carnes comedunt, succedente verò die Lunæ à carne & aleimmatibus sibi temperant. Causa est, quod hac ipsâ



μάτων, ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μεσημβρίαν ἀθροί-  
 ζοσι τὸν λαὸν ἐν τῷ ναῷ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς γοιυπετεῖ, καὶ ὁ ἱερεὺς εὐχε-  
 τῆ, ἵνα ἔλθῃ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τὸ λαὸν, ὡς περ ἐπὶ τὰς δαπο-  
 σόλους ἦλθε, καὶ τότε ἕνεκα νηστεύσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης ἐνεῖνης.  
 Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἐρμῆ καὶ τῆς Ἀφροδίτης τῆς αὐτῆς ἐβδομαδὸς  
 κρεοφαγῶν, διὰ τὴν χαρὰν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μοναχοὶ δὲ ἀλείμ-  
 ματα μόνον ἐπίσσι.

## ΚΕΦΑΛ Κ.

## Περὶ τῆς χειροτονίας τῶν ἱερέων.

Ἐπὶ παρὰ τοῖς ἐπισκόποις τῆς Ἑλλάδος, ἵνα τρεῖς καιρὸς διδώσι  
 τοῖς ἱερεῦσι τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, ὡς περ ὁ Χριστὸς τρεῖς  
 καιρὸς ἔδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, καὶ ὅταν τρεῖς  
 οἱ ἀπόστολοι ἔλαβον τὴν χάριν, τότε ἐγένοντο τέλειοι. Τῆς πρώτης, πρῶτον  
 ἔλαβον χάριν, ὅταν ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ  
 δαιμόνια καὶ νόσους θεραπεύειν, καὶ Λουκ. κεφ. θ. Δεύτερον, ἐν τῇ ἡμέ-  
 ρᾳ τῆς ἀναστάσεως, ὅταν εἶπεν αὐτοῖς Ἰωάννης κεφ. κ, σοιχ. κβ. Λά-  
 βετε πνεῦμα ἅγιον, ἀντιλαμβάνετε τὰς ἀμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ  
 ἐξῆς. Τρίτον ἐν τῇ ἁγίᾳ πεντηκστή, ὅταν ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ  
 αὐτοὺς, τότε καὶ τέλειοι ἐγένοντο. Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἐπίσκο-  
 ποι ποιεῖσι τὰς ἐπισκοπίας. Πρῶτον ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖ ἱερέα, καὶ  
 ἐπὶ δίδωσιν αὐτῷ ἐξομολογεῖν, ἀλλὰ μόνον ἐξομολογεῖν καὶ ἁγιάζειν.  
 Ἐὰν δὲ ἔμπειρος τύχῃ ὁ ἱερεὺς, τῇ ἐπαύριον δίδωσιν ἐκείνῳ καὶ τὸ ἐξο-  
 μολογεῖν· ἐὰν δὲ ἐστὶν ἀνέμπειρος, μένει μόνον ἱεραργῶν. ἐὰν δὲ ἐστὶ  
 καὶ ἐπίσκοπος ἁγίος, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἢ δύο ἢ τρεῖς ἐπίσκοποι χειροτονεῖσιν  
 ἐκείνον καὶ ἐπίσκοπον. Καὶ τότε ἕνεκα ἐπὶ πᾶς ἱερεὺς δύναται ἐξομολο-  
 γεῖν, εἰ μὴ οἱ ἔχοντες ἐξουσίαν ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων. Ἐξομο-  
 λογεῖσι δὲ τὰς ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπίσκοποι δὲ, ἔπει-  
 αὶν τόχωςιν, ἢ ἐν οἴκῳ, ἢ ἐν ἀγρῷ κατ' ἰδίαν, μηδενὸς ἐπέρι ἀκρόν-  
 τῳ, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐξὸς τῆς ἐκκλησίας.

ΚΕΦΑΛ Α.



ipsâ die sacerdotes post meridiem populum in templum convocent, eo-  
que in genua prolapso, orent, ut, sicuti quondam super Apostolos,  
sic jam etiam super concionem præsentem Spiritus Sanctus venire dig-  
netur. Et hinc die illâ Lunæ jejunium observant. Die Mercurii verò  
& Veneris eadem illâ septimanâ carnibus rursus vescuntur, propter  
gaudium ex communione Spiritûs Sancti profectum; monachi autem  
aleimmata solummodò edunt.

## CAPUT XX.

DE

## Sacerdotum initiatione.

**M**ore apud Græcos episcopos receptum est, ut statis tribus tempo-  
ribus spiritualia dona sive charismata sacerdotibus conferant, que-  
madmodum & Christus eadem Apostolis tribus distinctis vicibus com-  
municavit, & postquam Apostoli gratiâ ter dotati, perfectionis quo-  
que gradum indepti sunt. Prima gratia ipsis collata est, quando po-  
testatem & imperium dæmonia fugandi morbosque tollendi nacti sunt.  
Lucæ VIII. Secunda, die resurrectionis, quando eos verbis illis  
apud Johannem XX, 22. extantibus allocutus est: Accipite Spiritum  
S. quibuscunque peccata remiseritis, remittentur illis, & quæ se-  
quuntur. Tertia, in sacro festo Pentecostes, quando Spiritus Sanctus  
super illos descendit. Et tum ad summam perfectionem pervenere.  
Hanc formam & episcopi in creandis episcopis observant. Primò om-  
nium episcopus ipsum per manuum impositionem creat sacerdotem;  
nec illicò ipsi confessiones audiendi, sed sacra solùm conficiendi &  
consecrandi licentiam confert: quod si verò sacerdos hic multa experi-  
entia & rerum usu instructus sit, confessiones quoque audiendi au-  
toritatem postredie ipsi concedit; sin verò ille multo rerum usu destitu-  
atur, ultra sacificationis dignitatem nihil amplius ipsi conceditur.  
Quod si verò & munere episcopali deprehendatur dignus, tertia die à  
duobus vel tribus episcopis per manuum impositionem episcopus procla-  
matur. Atque hinc apparet, non omnibus sacerdotibus licitum esse  
confessiones audire, sed illis solùm, qui id faciendi licentiam ab epis-  
copis impetraverint. Audiunt verò confitentes ut plurimùm in templis,  
interdum etiam extra templum, ubicunque acciderit, sive domi, sive  
ruri, sed secretò, audiente nullo alio, sive id fiat in Ecclesia, sive  
extra Ecclesiam.

F

CAPUT